



*Georg 1483*



**Georgs-B.**



6.  
ARGV  
MENTA ET  
SACRAE SCRIPTV-  
ræ summa, librorum Veteris, uidelicet & Noui  
Testamenti.

Autore Iohanne Brentio.

HALAE SVEVORVM  
M. D. XLVIII.

Catech  
VII. Reg

PIO LECTORI.

**P**etuerunt à me sacrarum literarum quidam studi  
posiūri, ut argumenta solum, & summam totius  
scripturæ, eximij theologi iohannis Brentij, hac  
enchoridij forma, excudi curarem, quo ijs commodius uti  
liceret. Nolui itaq; bonis & doctis uiris, ista qualicunq;  
opera deesse. Præsertim cum me non fugeret, ipsis per-  
suasum esse, hoc, quāuis breui scripto, uiam adeoq; aditū  
facilem, ad uerum scopum uniuersæ scripture sacrae  
monstrarī, & ista potissimum propagandæ  
cognitionis & glorie iesu Christi  
gratia expeti.

¶



tam seu arte  
qua ad ueran  
tem, & qui  
humana rati  
nunquam au  
taē peruenia  
solum huic se  
ut cognitione  
NOSTRI  
doceat, et glo  
mano generi  
huius scriptu  
puppis. Hoc  
tendant, id a  
perant omnia  
prehensa sun



ORI.

erarum quidam studi  
, & summa totius  
ohannis Brentij, hæc  
uo ijs commodius uis  
uiris, ista qualicunq;  
n fugeret, ipsis per-  
o, ui am adeo q; aditu  
se scripturæ sacra  
m propaganda  
su Christi

**S**ola hæc scriptura, quæ  
canonicis libris ueteris ac  
noui testamenti contine-  
tur, rectam nobis & cere-  
tam seu artem seu uiam demonstrat,  
qua ad ueram eamq; perpetuam salu-  
tem, & quam gentium Philosophi  
humana ratione semper quæsiuerunt,  
nunquam autem inuenerunt, fœlicia  
tate perueniamus. Nam hoc unum &  
solum huic scripturæ propositum est,  
ut cognitionē filii Dei, DOMINI  
NOSTRI IESV CHRISTI  
doceat, et gloriam eius illustret, ac hu-  
mano generi, commendet. Hæc est  
huius scripture prora, quod aiunt, &  
puppis. Hoc spectant, hoc uolunt, ed  
tendunt, id agunt, ad eum exitum pro-  
perant omnia, quæ in his literis com-  
prehensa sunt. Sed quid cunctor, hoc

A η

Catechis  
V. Reg

uel paucissimis singulos huius scrip-  
ture libros percurrēdo demonstrare:

GENESIS (sic primum librum  
Mosis vocant) et si ad hunc usum scri-  
pta esse uidetur, ut posteritas cognos-  
cat initium huius mūdi, progressum  
humani generis, diluvium, incendiu-  
Sodomiticum, & res gestas patriar-  
charum, maxime tamen omnium do-  
cet CHRISTVM, filium Dei.  
Postquam enim descriptus est lapsus  
hominis, et interitus eius propter pec-  
catum, additur promissio de semine  
mulieris, quod est IESVS CHRI-  
STVS, quæ promissio deinde re-  
nouata est, & in Abrahami semen, au-  
tore spiritu sancto, quasi deriuata, ac  
paulo post ad familiam Iudee, filij Is-  
cob traducta. Hæc promissio, non  
margarita tantum est libri Geneseos,  
sed

sed totu-  
sionem  
quam s-  
erunt:  
per fide-  
mis adu-  
EX-  
tionē d-  
turo in-  
in capit-  
quarto.  
scribitu-  
gypto,  
stitutio-  
Politice  
huius l-  
scribatu-  
ter per-  
cipue s-  
stum E-



...s huius scrip-  
demonstrare:  
imum librum  
unc usum scri-  
eritas cognos-  
, progressum  
um, incendiū  
estas patriarchā  
omnium do-  
filium Dei.  
tus est lapsus  
is propter pec-  
cio de semine  
VS CHRI  
io deinde re-  
ami semen, au-  
si deriuata, ac  
ludæ, filij la-  
missio, non  
ri Geneseos,  
sed

sed totus thesaurus eius. Hanc promis-  
sionem patriarchæ tam prædicando,  
quam sacrificando in familijs suis ur-  
serunt: hæc coram Deo iustificari sunt  
per fidem: hac conseruati sunt in maxi-  
mis aduersis, in morte deniqz ipsa.

EXODVS, habet insignē con-  
tionē de Christo uenituro & predica-  
turo in populo Israel, quæ scripta est  
in capite tricesimo tertio, & tricesimo  
quarto. In alijs partibus, in quibus de-  
scribitur liberatio Israelitarum ex Ae-  
gypto, promulgatio Decalogi, & in-  
stitutio Reipublicæ Ecclesiasticæ &  
Politice in Israel, uidetur longe aliud  
huius libri propositum, quam ut de-  
scribatur Christus: sed si rem diligen-  
ter perpendas, tota Exodus hoc præ-  
cipue spectat, ut commendet Chri-  
stum Ecclesię Dei, Israelitæ enim uine-

A iii

dicati sunt in libertatem, et redacti legibus in unum corpus Reipublicæ, (id quod in Exodo scribitur) ut esset populus, in quo promissio de Christo, publicis concionibus et sacris consenseretur, & familia, è qua Christus venturus erat, certo constaret. Quid Decalogus? Profecto, non alioquam in Christum respicit. Conclusit (inquit Paulus) scriptura omnia sub peccatum (hoc autem maxime omnium fit per Decalogum) ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Et mox: Lex Pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide iustificaremur. Sed quid dicā, de agno Paschali, de sacerdotio Leuitico, tabernaculo & propitiatorio, ac de reliquis sacris in Exodo instituīs? Haec ad docendum & illustrandum Christum pertinere,

pertinere, pluribus in nisi est Exod

Idem ser TICO lib tur Leuiticū etificatione id genus ob um, quin & sto contion ca sacrificia sto, & qua mundicia t sanctificate

In NV ticinium B Non solu dicatur de tuetur Chr polito suo

et redacti le-  
Reipublicæ,  
tur) ut esset  
ōes de Chri-  
et sacris con-  
ua Christus  
arei. Quid  
n alio' quām  
nclusit (in-  
nnia sub pec-  
ne omnium  
romissio ex-  
redentibus.  
noster fuit  
iustificare  
no Pascha  
, tabernacu-  
reliquis sa-  
Hæc ad do-  
Christum  
perlinere,

pertinere, notius est, q̄ ut hoc loco  
pluribus indicari debeat. Hic ergo fi-  
nis est Exodi, ut Christus cognoscatur.

Idem sentiendum est de LEVI  
TICO libro, in quo cum describan-  
tur Leuitica sacrificia, Leuiticæ san-  
ctificationes & immunditiæ, & aliæ  
id genus obseruationes, non est dubi-  
um, quin & is liber maxime de Chri-  
sto contionetur. Omnia enim Leuiti-  
ca sacrificia sunt contiones de Chri-  
sto, & quæ de sanctificatione ab im-  
mundicia traduntur, Christum uerè  
sanctificatorem adumbrant:

In NUMERIS extat illustre ua-  
ticinium Balaam de regno Christi.  
Non solum autem hac in parte præ-  
dicatur de Christo, sed totus liber in-  
tuetur Christum & ad Christum pro-  
posito suo tendit. Numerantur Israe-

A iij



Itæ ordinantur castra, recensent man-  
siones, quas ita vocant, Israelitarum,  
mittunt exploratores ad terram Cha-  
naan, commemorantur uaria distri-  
mina, quæ acciderunt Israelitis in de-  
serto, & interponuntur quædam Le-  
uitica & politica. Hæc omnia, quia  
pertinent ad constitutionem Israeliti-  
cæ Reipub. in Christum respiciunt.  
Nam Israelitica Respub. fuit in hunc  
usum instituta, ut promissiones & co-  
tiones de Christo in ea conseruarent.

DEVTERONOMIVM  
manifeste continet promissionem de  
Propheta post Mosen uenturo, in cu-  
ius ore Deus se uerba sua positum  
dicit, qui propheta non aliis est, quod  
Christus. Etsi autem Moses uidet casu  
quodam in mentione huius promissio-  
nis incidisse, tam si probe obserues,

non

non est ho-  
brí caput.  
plicatur le-  
Paulus) e-  
nē omni c-  
ora exig-  
ruptus pf-  
Propheta  
qui fung-  
cio, sicut  
autem qu-  
consoletu-  
que quo r-  
tur lex, e-  
Christum  
Sunt,  
torem lib-  
nobis, ut  
chū Mosi  
in dicend

ecensent man  
Israelitarum,  
terram Cha  
uaria discri  
aelitis inde  
quædam Le  
omnia, quia  
em Israeliti  
n respiciunt.  
stuit in hunc  
siones & co  
nservarent:  
OMIVM  
issionem de  
nturo, in cu  
a positurum  
alius est, q̄  
s uidet casu  
promissio  
e obserues,  
non

non est hoc *οὐδὲν πάρεγεν*, sed totius li  
bri caput. Repertur in eo libro, & ex  
plicatur lex: finis autem legis ( inquit  
Paulus ) est Christus ad iustificatio  
nē omni credēti. Maiora em et graui  
ora exigit lex, q̄ homo peccato cor  
rupius perficere queat. Promittit ergo  
Propheta, uidelicet CHRISTVS  
qui fungatur quidem doctoris offi  
cio, sicut & Moses fungebatur: non  
autem qui terreat & occidat, sed qui  
consoletur & uiuiscet auditores. Ita  
que quo rectius & copiosius explica  
tur lex, eo magis homines à lege ad  
Christum alegantur.

Sunt, qui sentiunt, Mosen esse au  
torem libri IOB. Visum est igitur  
nobis, ut de hoc libro post Pentateu  
chū Mosis dicamus. Maluimus enim  
in dicenda sententia de libris sacrat

A v



*Catech*  
*V. Res*

scripturæ, eum ordinem seruare, quo  
initio conscripti uidentur, & quæ  
res gestæ indicant, quam quem vul-  
garæ editiones sequuntur. Hic liber  
tractat præcipue hanc quæstionem:  
Num Deus affligat hominem iustū.  
Ac nū minus uidetur, quam ut ali-  
quid de Christo dicat: sed quemad-  
modum lex ipsa, ita exemplum lobis,  
& status disputationis eius, in solum  
Christum respiciunt. lob enim, et si  
præfertur iusticia ipsius omnibus ho-  
minibus in terra, tamen obiectus seue  
ro iudicio Dei, tantum abest, ut natu-  
ra sua iustus inueniatur, ut etiam in  
Deum ipsum cōtumeliosus sit, & bla-  
phemus. Vnde ergo & ante conse-  
cutes est iusticiam, & postea amissam  
iterum recuperauit. Certe non alien-  
de quam ex eo semine, quod promis-  
sione

sione Dei c  
pentis, & i  
omnes gen  
sta, quæ lo  
lit. Holoca  
triarchas d  
uenturum  
Deus afflig  
pendet. N  
stus est, ni  
stus iustifi  
dum Deus  
sto filio su  
sticiam, a  
propter al  
bis afflict  
am expiar  
flictiones  
non prop  
jam lunt p



quare, quo  
& quem  
quem vul-  
Hic liber  
estionem:  
em iustū.  
am ut ali-  
quemad-  
um lobis,  
in solum  
enim, eti-  
mibus ho-  
rectus seue-  
t, ut natu-  
et etiam in-  
lit, & bla-  
te conse-  
uamissam  
on aliun-  
l promis-  
sione

sione Dei contritum erat caput ser-  
pentis, & in quo benedicæ erant  
omnes gentes. Hoc probant holocau-  
sta, quæ lob pro filijs & amicis obtu-  
lit. Holocausta enim fuerunt inter pa-  
triarchas doctrina fidei in Christum  
uenturum. Disputatio autem, num  
Deus affligat iustum tota ex Christo  
pendet. Nullus enim hominum iu-  
stus est, nisi Christus, & quem Chris-  
tus iustificaverit. Quare quemadmo-  
dum Deus immisit afflictiones Chri-  
sto filio suo, non propter ipsius iniu-  
sticiam, à qua alienissimus erat, sed  
propter aliam caussam, uidelicet, ut  
his afflictionibus alienam iniustici-  
am expiaret: ita immittit aliquoties af-  
flictiones credentibus in Christum,  
non propter peccata iporum, quia  
iam sunt propter Christum remissa,



*Q*uite  
R.  
**S**ed propter alias quasdam causas, ni-  
mirum, ut uel fides eorum probetur,  
uel ipsi in officio continantur, uel,  
exemplo sint, quanta severitate Deus  
puniturus sit impios, uel ut maiorem  
mercedem in cœlo cōsequantur. Vi-  
des igitur etiam lobis libellum, cuius  
Moses scriptor esse dicit, Christum  
docere.

**I**O S V A, trajectis Iordanem, ex-  
pugnat urbem Iericho, uincit reges  
Chanaæos, accipit regna terre Cha-  
naan, & distribuit ea in familias Israe-  
lis. Hoc publicum est testimonium,  
quod Deus seruauerit promissionem  
suam, qua recepit se posteris patriarcha-  
charum daturum terram Chanaan.  
Sed quam ob causam promisit & de-  
dit eis hanc terram? Num ut ociosi &  
ignavi fruerentur alienis urbibus &  
agris,

agris, & ca-  
tum & corp  
hil minus,  
politia pr  
brahae pr  
CHRIS  
propagare  
donec uen  
lutem abs  
librum lo  
nas tantu  
gis cœlest  
de Christ  
In libr  
tur progr  
ijs princ  
nati sunt  
imperio,  
rat, non  
miracula



rauissas, ni  
probetur,  
ntur, vel,  
ate Deus  
maiores  
ntur. Vi  
um, cuius  
Christum  
anem, ex  
icit reges  
erre Cha  
ilias Israe  
monium,  
issionem  
s patriar  
Chanaan.  
isit & de  
ciosi &  
bibus &  
agris,

agris, & caperent ex eis externam tan  
tum & corporalem uoluptatem? Ni  
hil minus, sed ut conseruarent in sua  
politicia predicationem de semine A  
brahae promisso, qui est IESVS  
CHRISTVS, seruator noster, &  
propagarent eam ad posteros suos  
donec ueniret ipse, & promissam sa  
lutem absoluueret. Quare cum legis  
librum Iosuæ, non existimes te terre  
nas tantum uictorias, sed multo ma  
gis coelestem institutionem cōtionis  
de Christo legere.

In libro LV DICVM, describi  
tur progressus Israelitice Reipub. sub  
ijs principibus, qui post Iosua domi  
nati sunt in Israel, autoritate magis, q̄  
imperio, quos in principatum extule  
rat, non humana electio, sed diuina  
miracula. In qua descriptione, et si nul

Catech  
V. Re

la sit manifesta mentio promissionis de Christo, tamē cum recitatur quām misericorditer & mirabiliter Israelitæ, internitionem potius, propter impietatem suam, quām salutem meriti, ē manibus & tyrannide hostium suorum liberentur & seruentur, non obscure significat Spiritus, Deum conservare Rempub. Israeliticam eadem causa, qua instituerat eam, uidelicet propter Christum filium suum, ut esset certa gens, in qua promissiones de ipso prædicarentur, donec hominem assumeret, & prædicaret ipse Euangelion suum.

Libellus R V T H, continet partem Genealogiæ Dauidis, quæ ab Evangelista translata est in Genelagiam Christi, ut perspicue uideas euam hunc libellum quamuis paruum, in Christu-

Christum  
In librī  
LIPO M  
gnū in Isr  
in Monarc  
à familia Sa  
ædificatur  
nū. Regnum  
quæ altera  
tera regnum  
siones & re  
gni, usq; ad  
siriacam &  
tot & tanta  
tum cōtiner  
ma, uidelic  
quæ ad Da  
initio pron  
hoc est, de C  
miliam Ab



romissionis  
tatur quam  
iter Israeli  
propter im  
tem meriti,  
ostium suo  
r, non ob  
Deum con  
am eadem  
, uidelicet  
um, ut es  
siones de  
hominem  
se Euange  
tinet par  
quæ ab E  
genelagi  
leas etiam  
ruum, in  
Chri

## Christum respicere.

In libris REGVM & PARALIPOmenon, instituitur re  
gnum in Israel. Aristocratia mutatur  
in Monarchiam. Regnum transfertur  
à familia Saulis, in familiâ Dauidis,  
ædificatur templum Hierosolymita  
nū. Regnum diuidit in duas partes,  
quarz altera uocatur, regnum Iuda, al  
tera regnum Israel: recensentur succes  
siones & res geste regum utriusq; re  
gni, usq; ad deuastationes eorum, As  
siriacam & Babyloniam. Sed in hac  
tot & tantarum rerum turba inuolu  
tum cōtinetur, quod est caput & sum  
ma, uidelicet promissio de Christo,  
quæ ad Dauidem dicta est. Cum em  
initio promissio de semine mulieris,  
hoc est, de Christo, translata sit ad fa  
miliam Abrahæ, circumscrimitur pau



*Catech*  
V  
R

Io post familia Iudæ. In libris autem Regū circumscribitur ea promissio in familia Dauidis , nec Christus deinceps in alia familia, q̄ Dauidis que rendus est. Suscitabo, inquit Dñs, semen tuū post te , quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnū eius. Ipse edificabit domum nomini meo, et stabilam thronū regni eius usq; in semperitnum . Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Hoc maximū hoc præstantissimum , hoc summum est, è quo instauratio regni in Israel, ædificatio templi Hierosolymitanī, Successio regum, uictorie regū, & reliqua oīa in imperio Israelite pendēt. Hec promissio fuit gnomon & canon om̄im, que sequuntur prophetarum. Et hac promissione texuerunt prophetæ contiones suas, quas habuerunt optimas

mas & præmissione conscientiam & fide accepitio merito t Regum & medias, &

Porro i missionem dem dicta eius illustraret Dauid ius carmini passio, mon regnum & brantur, ut sim cantari quin in un hil fuerit p enim non c



oris autem  
promissio  
christus de-  
cuidis que-  
rit Dñs, se-  
edietur de  
i eius. Ipse  
meo, et sta-  
scz in sem-  
patrem, &  
c maximū  
summum  
i in Israel,  
lymitani,  
rgū, & reli-  
co pendēt.  
n. & canon  
tarum. Et  
prophetæ  
runt opti-  
mas

mas & præstantissimas. Ex hac pro-  
missione consecuti sunt perpetuam iu-  
sticiam & salutem, quotquot p̄i eam  
fide accepertunt. Quare hæc promis-  
sio merito tenet in lectione librorum  
Regum & Paralipomenon, primas,  
medias, & postremas.

Porro inter Prophetas, qui pro-  
missionem de Christo, quæ ad Davi-  
dem dicta est, concionibus & scriptis  
suis illustrarunt, principem locum te-  
net David ipse, in Psalterio suo, cu-  
ius carminibus diuinitas, humanitas,  
passio, mors, resurrectio, dominatio,  
regnum & maiestas Christi, sic cele-  
brantur, ut cum publica carmina pas-  
sim cantari soleat, fieri non potuerit,  
quin in uniuerso Israelitico orbe ni-  
hil fuerit perulgatus Christo. Etsi  
enim non omnes Psalmi eodem argu-

B

*Utech  
R*  
**mento cōstant, nec omnes expresse de  
Christo canūt, precipuū tñ & eximiuū,  
in toto Psalmorum libro est CHRI-  
STVS DOMINVS noster.**

Salomoni tres libelli adscribūtur:  
**PROVERBIA, ECCLESIA-  
STES, & CANTICVM**  
Canticorū. In Proverbijs primum ex-  
rat clarissima cōfio, nomine sapientie,  
de uerbo Dei æterno, quo omnia con-  
dita sunt, & gubernantur, quod est  
**IESVS CHRISTVS**, Domi-  
nus & seruator noster. Deinde hic li-  
ber continet egregias γνώμας quibus  
docet partim timore Dei & fidem in  
Deum, partim honestos mores in hu-  
mana uita. At quam habebis fidem  
Deo: & quos honestos mores, Deo  
acceptos, lectaberis absc̄ Christo.

**ECCLESIAS TES** quærit in  
quorū

quiouis ui-  
stituto fire  
tem, sed ne  
que hoc ta-  
ciet, homo  
Deum tim-  
uare, ut qu-  
rit, homo  
stet. Sed  
quomodo  
quomodo  
ut ueram,  
citatem co-  
Quare nil  
amandaue-  
stem fructu-  
**CAN**  
carmen est  
tur gratiae  
liticam Pol-



expresse de  
i & eximiū,  
st CHRL  
noster.  
dscribūtur:  
ECCLESIA  
TICVM  
orimum ex  
sapientie,  
omnia con  
, quod est  
, Domi  
nde hic li  
as quibus  
fidem in  
ores in hu  
bis fidem  
ores, Deo  
hristo.  
quærit in  
quo,

quouis uitæ genere & hominum in  
stituto firmam in hoc seculo fœlicita  
tem, sed non inuenit nisi uanitatē. Ita  
que hoc tandem peruenit, ut pronun  
ciet, homini nihil melius esse, quam  
Deum timere, & mandata eius obser  
uare, ut quicquid in hoc seculo accide  
rit, homo tamen in iudicio Dei con  
stet. Sed quomodo Deum timebis,  
quomodo mandata eius obseruabis,  
quomodo in iudicio Dei constabis,  
ut ueram, firmam & perpetuam fœli  
citatem consequaris, absq; Christo;  
Quare nisi te hic libellus ad Christū  
amandauerit, non uideo, quem coele  
stem fructum ex eo capere queas.

CANTICVM Canticorum,  
carmen est eucharisticon, quo agu  
tur gratiae Deo, quod ornauerit lirae  
liticam Politiam & maximis beneficijs,

B ij



Regno & sacerdotio, hoc est, optimis legibus, quibus externa Respub. administratur, & diuinissimis sacris, quibus uerbum Dei, ac præcipue promissiones de Christo, annuntiantur, ut homines sciant, unde debeant petere ueram iusticiam & salutem. Quibus benefitijs nihil potest homini, nec maius nec præstantius contingere. Sed quid putasne Spiritum sanctum in encomio corporalis & caduci regni Israelis obliuisci spiritualis & perpetui regni Christi? Magna quidem ornamenti habuit externum regnum Israelis, sed multo maiora habet regnum Christi, quod in fine huius carminis munitur muro & propugnaculis, ornatur tabulis cedrinis, & donatur ei pax & tranquillitas. Hoc est ministerium Euangeli in totum orbem

orbem uulgo  
spiritus san  
propter Ch  
bello quam  
de Christo  
Sed sum  
tas, quorum  
uersat, ut p  
quæ ad Da  
explicit, a  
em uaticina  
co, alij de e  
de rebus: so  
scopus est,  
rum intentia  
dum est, qu  
simis uerbis  
tē uel de im  
turo interit  
nantur, faci



c est , opti-  
na Respub.  
imis sacris,  
xcepue pro-  
uentiantur,  
ebeant peie  
em. Qui-  
t homini,  
continge-  
ritum san-  
is & cadu-  
spiritualis &  
Magna qui-  
ternum re-  
maiora ha-  
in fine hu-  
o & propu-  
cedrinis, &  
litas . Hoc  
in totum  
orbem

orbem uulgati, & uarietas donorum,  
Spiritus sancti , ac perpetua fœlicitas  
propter Christum. Vide, in paruo li-  
bello quam præclara sunt præconia  
de Christo & regno eius:

Sed sume mihi in manus Prophe-  
tas, quorum maxima oīm cura in hoc  
uersat, ut promissionem de Christo,  
quæ ad Dauidem dicta est, doceant,  
explicant, amplifacent & urgeant. Etsi  
enī uaticinant, alijs de exilio Assyria-  
co , alijs de exilio Babylonico , & alijs  
de rebus: solus tamē CHRISTVS  
scopus est, ad quem oēs contiones eo-  
rum intentæ sunt. Non enim sentien-  
dum est, quod cum aliquoties paucis,  
simis uerbis de Christo, pluribus au-  
tē uel de impietate populi, uel de uen-  
turo interitu regni Israelitici contio-  
natur, faciant mentionē Christi tan-

B iij



Ulfeld  
V. Reg.

rum per occasionē , & quasi ἐν παραγόδοις  
sed siue arguunt impietatem populi,  
ad cognoscendum Christumhortan-  
tur, ut populus ab impietate resipis-  
cat, et querat in Christo remissionem  
impietatis & iusticiam: siue uaticinan-  
tur de uentura Israelicī regni uastita-  
te, consolantur pios predicationē Chri-  
sti & regni eius, quod perpetuo per-  
manens nunquam interibit.

Porro inter Prophetas , quorum  
scrip̄a post Dauidem extāt, ESAI-  
AS iure & merito regnat. Primum  
enim coniunctus est Christo, non tan-  
tum fide, sed etiam propinquitate san-  
guinis. Vocat eñ CHRIS TVM  
patruelem suum. Putant autem Amos  
patrem Elaiæ fuisse, fratrem regis A-  
maziae , ē cuius linea Christus natus  
est. Deinde Elaias scripsit de Chri-  
sto, &

sto , & reg-  
contiones  
tiam clario  
Euangelist  
ista quam  
Hunc igitu  
ille se profe  
placebit.

Paulo ar-  
pheta ION  
ultimo libr  
quarto scrip  
non solum l  
niuem, sign  
uangelij C  
etiā q̄ fuit t  
ctibus in ue  
tem & resur  
ex contione  
ut pluribus



sto , & regno eius, non solum plures  
contiones quam alij Prophetæ, sed et  
iam clariores ferè & illustriores, q̄  
Euangelistæ, ideoque magis Euange  
lista quam Propheta dicendus esset.  
Hunc igitur legamus, hūc ediscamus.  
Ille se profecisse sciat, cui Elalias ualde  
placebit.

Paulo ante Elaię tempus, fuit Pro  
pheta IONAS, quemadmodum in  
ultimo libro Regum, capite decimo  
quarto scriptum est. In quo Propheta  
non solum hoc quod missus est ad Ni  
niuem, significauit diuulgationem Ea  
uangelij Christi inter gentes, uerum  
etiam q̄ fuit tribus diebus & tribus no  
ctibus in uentre Ceti, adūbrauit mor  
tem & resurrectionem Christi : id qđ  
ex contione Christi notius est, quam  
ut pluribus hic cōmemorari debeat.

B iiiij

*Catech.*  
*Pr. Re*

Non longe post Ionam uidetur fu-  
isse Propheta N A H V M , qui con-  
solatur afflictos Israelitas duobus ar-  
gumentis: altero quod Deus deiectu-  
rus sit potentiam Assyriorum, qui e-  
rant hostes Israelis: altero quod De-  
us datus sit regno Iuda prædicato-  
res pacis ( sicut & Elaias contionatus  
est ) & restiturus dies festos. Quod  
non tam respicit ad tempus Ezechiæ,  
quæ ad tempus Christi & Aposto-  
lorum eius, quo uera pax & læticia  
annunciata est per Euangelion toti or-  
bi terrarum.

Elaiæ autem σύγχρονοι fuerunt Ose-  
as, Amos, & Micheas, quorum unum  
hoc propositum fuuisse, ut docerent  
Christum & regnum eius, libelli eos  
rum perspicue testantur.

O S E A S initio concionum sua-  
rum

rum resp  
Deo nost  
misericord  
conciliat e  
autem mi  
te interitu  
ò mors, er  
cum de C  
genda sin  
Christi p  
in Osea t  
A M  
suam insig  
sti, ut cla  
torus est  
tamen ho  
gnoscatur  
Quid  
Dignissi  
mus. No

uidetur su-  
i, qui con-  
duobus ar-  
us deiectu-  
um, qui e-  
quod De-  
prædicato-  
nitionatus  
os. Quod  
s Ezechiæ,  
& Aposto-  
& læticia  
ion toti or-  
erunt Ose-  
rum unum  
t docerent  
libelli eo-  
num sua-  
rum

rum respondet Israëlitæ Domino  
Deo nostro in iusticia & iudicio, in  
misericordia & miserationibus, ac re-  
conciliat eos Dauidi regi suo. In fine  
autem minatur morti magna severita-  
te interitum. Ero, inquiens, mors tua  
o mors, ero morslus tuæ inferne. Hæc  
cum de Christo & regno eius intelli-  
genda sint, manifestum est spiritum  
Christi primas & nouissimas partes  
in Osea tenere.

AMOS concludit Prophetiam  
suam insigni vaticinio de regno Chri-  
sti, ut clare appareat, qd etiæ alioqui  
totus est severissimus reprehensor,  
tamen hoc unum agat, ut Christus co-  
gnoscatur.

Quid uero dicā de MICHE A:  
Dignissimus est, cui omnes assurga-  
mus. Non solum em̄ promittit Chri-

B v

Catec.  
V. Re  
sum uenturum, nec exponit tantū be-  
neficia regni eius, sed etiā indicat no-  
bis locum nativitatis eius, Tu Bethle-  
em, inquiens, Ephrata, paruula es in  
millenarijs, seu præfecturis luda: Ex-  
te mihi egredietur, qui sit Domina-  
tor in Israel, & egressus eius ab initio,  
a diebus æternitatis:

Iisdem temporibus putant etiā I O  
ELEM fuisse, quem de regno Chri-  
sti uaticinantē Apostolus Petrus tan-  
ti fecit, ut ex eo primam suam contio-  
nem in die Pentecostes texuerit.

Post hos Prophetas sequuntur A-  
BACVC, SOPHONIAS,  
ABDIAS, IEREMIAS, & E-  
zechiel. Ac inter hos Abdias inuehi-  
tur aduersus Edomitas, quibus affi-  
ctio Israelitarum magnæ erat uoluptr-  
i. Alij autem uaticinantur de Babylo-  
nica

nica uastis  
quid? Nu-  
in hoc tan-  
omnium,  
& minan-  
statiōes, u  
& Christi  
autem pi-  
spem suan-  
turo ponan-  
phetarū, s  
sto, quæ l

Ad D  
magis mi-  
eris. Is eni-  
tus fuit, u  
rum regni  
tuo consti-  
struat, uer-  
madas an-



tantū be-  
ndicat no-  
tu Beihle-  
uula es in  
luda: Ex  
Domina-  
ab initio,

t. etiā IO  
gno Chri-  
trus tan-  
n contio-  
erit.

ntur A-  
NIAS,  
S, & E-  
s inuehi-  
us affli-  
uolupta-  
Babylō-  
nica

nica uastitate urbis Hierusalem. Sed  
quid? Num hoc tantū uolebāt? Num  
in hoc tantum intuebantur? Minime  
omnium, sed reprehendunt impios.  
& minantur eis captiuitates & deua-  
statiōes, ut territi supplicij relipiscāt.  
& Christum agnoscant. Consolantur  
autem pios, ut in tot aduersis omnem  
spem suam in Christo certissime uen-  
turo ponant. Nam singuli horū Pro-  
phetarū, sua habent uaticinia de Chri-  
sto, quæ longum esset hic recensere.

AD DANIEL EMuenio, quē  
magis miraculum ē Prophetam dix-  
eris. Is enim tam insigni spiritu prædi-  
tus fuit, ut non solum uiderit uentu-  
rum regnum Christi, quod & perpe-  
tuo constet, & omnia alia regna de-  
struat, uerum etiam numeravit hebdo-  
madas annorū, quibus Christus uen-



*Catech.*  
*V. Reg.*

urus erat. Et quemadmodum ante  
Michæas indicauit locum natiuitatis  
Christi, ita Daniel indicat tempus e-  
ius, quod ut maxima fuit consolatio  
piorum, qui fuerunt tunc oppressi ua-  
rijs calamitatibus, ita nobis certissi-  
mum est testimonium, quod in quem  
credimus, IESVM filium Mariæ,  
is uerus sit CHRIS TVS seruator  
noster.

ESDRAS & NEHEMIAS  
reducunt populum e Babylonica cap-  
tivitate, ac instaurant ciuitatem Hieru-  
salem & templum, politica uidelicet  
& ecclesiastica, quibus adiutores &  
hortatores sunt Prophetæ AGGÆ-  
VS & ZACHARIAS. Hęc aut  
beneficia contigerunt Iudæis diuina  
clementia, non ad eum finem, ut Iudei  
externa tranquillitate fruerentur, sed  
ut appro-

ut approp  
Bethlehe  
sceretur,  
ficata esse  
gelion su  
Euangelie  
retur, iuxta  
& aliorum  
instaurati  
haud obse  
charias, q  
breui fore  
ducit Ch  
pullo asin  
argenteis  
git eum, s  
rem & do

Quæ  
tur, conti-  
ca, post r



dum ante  
matuitatis  
tempus e-  
consolatio  
oppressi ua-  
s certissi-  
d in quem  
Mariæ,  
Seruator

EMIAS  
onica cap-  
em Hieru-  
uidelicet  
utores &  
GGÆ.  
S. Hęc aut  
eis diuina  
n, ut ludei  
ntur, sed  
ut appro-

ut appropinquante aduentu Christi,  
Bethlehem staret, in qua Christus na-  
sceretur, & Zion ac Hierusalem ædi-  
ficata essent, in quibus Christus Eu-  
gelion suum prædicaret, & è quibus  
Evangelion in totum orbem diuulga-  
retur, iuxta uaticinia Esaiæ, Micheæ,  
& aliorum Prophetarum. Nam quod  
instauratio Iudaicæ politiæ edidicatur,  
haud obscure testant Aggæus & Za-  
charias, quorum ille manifeste dicit,  
breui fore, ut ueniat Christus; hic ad-  
ducit Christum insidentem in asina et  
pullo asinæ, ac uenit ipsum triginta  
argenteis, præterea percutit ac confi-  
git eum, sed mox extollit eum in victo-  
rem & dominatorem omnium gentium.

Quæ in Historia ESTER scribun-  
tur, contigerunt in Monarchia Persi-  
ca, post redditum Iudæorum e Babylo-

Greci  
V. Reg  
ne, sed ante completam instauratiōē  
repli. Hic libellus, etsi nihil de Chri-  
sto uerbis loquitur, finis tamen eius  
historiæ in Christum respicit. Deus  
enim admirabiliter propulsauit peris-  
colum, quod in omnes Iudeos, qui re-  
liqui adhuc erant in Persia, intende-  
batur, ut hoc exemplo consolaretur e-  
os, qui domum redierunt, & excitaret  
eos, quo fidenter et alacriter pergeret  
in restauranda ea politia, in qua Chri-  
stus predicatorus esset Euangelion, &  
inchoaturus regnum suum,

MALACHIAS recensetur ul-  
timus inter prophetas, qui non solum  
ducit Dominatōē Christum ad tem-  
plum suum, sed præmittit etiam An-  
gelum, qui est Iohannes Baptista, &  
diuulgat Euangelion eius inter om-  
nes gentes, Magnum, inquiens, no-  
men

men meū in  
baoth. Q  
S T V S e  
cura, cogita  
ut Petrus ai  
muele ac d  
sunt, annun-

Que cur  
stamenti ha  
singulis N  
cere? Hi et  
aperte & ue  
promissa &  
IES V M  
familia Abe  
ita tam per  
cāt, ut qui i  
nihil videa  
hunc unum  
scripturæ si



tauratione  
l de Chri-  
amen eius  
cit. Deus  
savit peris-  
eos, qui re-  
, intende-  
olaretur e-  
x excitaret  
r pergeret  
qua Chri-  
gelion, &  
  
ensemetur ul-  
ion solum  
m ad tem-  
etiam An-  
ptista, &  
inter om-  
niens, no-  
men

men meū in gentib⁹, dicit Dñs Ze-  
baoth. Quid plura? Solus C H R I-  
S T V S est omnium Prophetarum  
cura, cogitatio, propositū & finis. Et,  
ut Petrus ait, omnes Prophetæ à Sa-  
muele ac deinceps, quotquot locuti  
sunt, annunciarerunt dies Christi.

Quę cum ita se in libris Veteris te-  
stamenti habeat, quid attinet nunc de  
singulis Noui Testamenti libris di-  
cere? Hi enim omnes quęadmodum  
aperte & uere, ea quę ante de Christo  
promissa & præmonstrata fuerunt, in  
I E S V M filium Mariæ , natum de  
familia Abrahę & Dauidis, referunt,  
ita tam perspicue de Christo praedi-  
cat, ut qui in eis non uideat Christū,  
nihil uideat. Quare manifestum est,  
hunc unum & solum esse totius sacræ  
scripturaræ finem, ut doceat & illuſtres



*Catech  
V. R.*  
Christum, ac proponat eum nobis si-  
de accipendum.

Amabo autem te, quid est Christus, & quem nobis fructum affert? Malo hoc Pauli quam meis uerbis dicere: Christus, inquit, factus est nobis a Deo sapientia, iusticia, sanctificatio & redemptio. Si enim uere de Christo existimare uoluerimus, nequaquam putandum est, Christum esse aut terrestrem Monarcham, quem Iudaei Messiam suum somniant, aut nouae legislatorem, quem non tam Mahumetes, quam turba Monachorum & hypocritarum finixerunt. Non dubium quidem est, quin Christus legem pharisaicis delirationibus obscuratam, perspicue interpretatus sit, sed ea lex ante erat lata, & a Mose quoque ipso ac Prophetis exposita. Alij sentiunt

sentiunt  
et iudicent  
Ac Christum  
uiorum  
car autem  
saicam uer  
Euangel  
rit Euang  
non cred  
de officio  
sentiunt.  
ecce mihi  
verbis ex  
tra conferre  
S T V M  
conciona  
eum ueni  
Ubi trans  
aliquid c  
exponunt,

in nobis si  
est Chri-  
m affert:  
uerbis di-  
us est no-  
sanctifi-  
n vere de-  
mus, ne-  
rismum el-  
, qualem  
uant, aut  
n non tam  
Monacho-  
runt. Non  
Christus.  
nibus ob-  
etatus sit,  
Mose quo-  
ita. Alij  
sentiunt

sentiunt Christum esse spectatores  
et iudicem humanorum meritorum.  
Ac Christus vere quidem est iudex  
vivorum & mortuorum: non iudi-  
cari autem secundum legem vel Mo-  
saicam vel Romanam, sed secundum  
Evangelion suum, ut qui crediderit  
Evangelio, seruetur, qui autem  
non crediderit condemnetur. Alij  
de officio Christi multo abiectius  
sentiunt. Putant enim Christum de-  
eclō missum, ut quod lex pluribus  
uerbis explicat Christus, in pacio-  
ra conferret. Hi non habent C H R I  
S T V M sublimiorem, quam breuem  
concionatorem. Sunt qui docent,  
eum uenisse, ut religionem sancti  
Dei transferret ad gentes: qui eti-  
aliquid dicunt, non tamen diserit  
exponit, quid sit C H R I S T V S.

C



*Quicquid  
Vt Re*

**potuit humano generi magis salu-  
tare contingere.**

Cum igit universa, tam veteri  
& noui testamenti scriptura sit cer-  
tissime veritatis, & praecepue doce-  
at, explicet, illustret IESVM  
CHRISTVM filium Dei, qui  
solus est iusticia, uita & felicitas  
nostra, agite dum, exergiscamur,  
columbus utilitati nostre, incubas-  
mus toto pectore in hanc scripturā.

Hic portus, hoc perfugium no-  
strum sit, ut quam nulla humana,  
nec potentia, nec sapientia, nec in-  
dustria, nec iusticia dare potest sa-  
lute, in IES V C H R I S T O si-

lio Dei, quem haec scriptura  
doceat per fidem reportie-  
mus, Amen.

**S V M M A**

**S**

**T O T I V**  
pwuræ, l  
ris



cob Hebra  
um, eumq  
num: qui p  
uerbo suo  
in eis sunt  
dunt, sine  
iustum &  
peretur in



# SVMMA

TOTIVS SACRÆ SCRIP  
TURÆ, LIBRORUM VIDELICET VEV  
RIS & NOVI TESTA  
MENTI.



Ocent nos libri veteris **DEVS**.  
Testamenti, Deum il-  
lum, quem coluerunt  
Abraham, Isaac, & Ia-  
cob Hebraei, solum uerum esse De-  
um, eumq; omnipotētē & æter-  
num: qui propter bonitatem suam,  
uerbo suo cœlum & terram, & que  
in eis sunt, creauit: à quo oia proce-  
dunt, sine quo nihil quicquam est:  
iustum & misericors: quicq; oia o-  
peretur in omnibus secundum uo-

**C** ij

nagis salu  
am ueteri  
ura sit cer  
pue doce  
ES VM  
Dei, qui  
felicitas  
giscamur.  
, incubat  
scripturā.  
gium no-  
humana.  
, nec in-  
potest sa-  
**STO** si-  
criptura  
rie  
**MMMA**

*Catech.*  
*M. Re*  
Iunctatem suam: cui non liceat dice-  
re, quare sic uel sic faciat.

*Creatio-  
nibus.*

Adhæc, ipsum hunc Deum cre-  
asse Adam primum hominem ad  
imaginem & similitudinem suam,  
dominumq; eum constituisse om-  
nium creatorum in terra. Qui qui-  
dem Adam, inuidia & fraude Dia-  
boli, creatoris sui præcepto non o-  
bediens suo peccato, peccatum in-  
mundum invexit tale, tantumq; ut  
nos secundum carnem ab ipso p;geni-  
ti, natura filii iræ simus, & ob id  
mortii, damnationi, iugo & tyran-  
nidis diaboli obnoxij reddamur.

*Peccatum.*

*Fromissus  
Christus.*

Porro autem promissum fuisse a  
Deo patre semem illud benedictum IB  
S V M C H R I S T V M filium su-  
um salvatorem nostrum, ipsi Ade, A-  
braham, Isaac, Iacob, Davide et reli-  
quis

quis pa-  
rannide  
uiua si-  
splicq;  
derent,  
& per i-  
hæc pre-  
in librari  
Intere-  
bat pro-  
ea est h  
atq; ade-  
ipsi uel  
quibus  
legem  
tam fui-  
eā agni-  
ni mali  
C H R  
peccati



liceat dice-  
at.

Deum cre-  
ominem ad  
inem suam,  
tiusse om-  
a. Qui qui-  
fraude Dia-  
epro non o-  
peccatum in-  
antumq; ut  
ipso pgeni-  
us, & ob id  
go & ty. an-  
ddamur.

um fuisse à  
ndictum IB  
M filiū su-  
osi Ade, A-  
uidi ei reli-  
quis

quis patribus, qui à peccatis & ty-  
rannide diaboli liberaret eos, qui  
uiua fide huic pmissioni crederet,  
ipsicp IES V CHRISTO fi-  
derent, liberationem hanc ab ipso  
& per ipsum sperantes. Est autem  
hæc promissio s̄epissime reperita  
in libris ueteris testamenti.

Interea aut dū à patribus expecta-  
baſ promissa salus & liberatio, qd  
ea est hominū natura, tam superba  
atq; adeo corrupta, ut non libenter  
ipſi uelint ſe agnoscere peccatores,  
quibus promiſſo ſalutari ſit opus,  
legem ſcriptā in tabulis lapideis da-  
tam fuisse à Deo per Moſen, ut per  
eā agnito peccato, & cordis huma-  
ni malicia ardentius ſitirent hoies  
CHRISTI aduentū, qui ipſos à  
peccatis redimeret, qd ſacrificia &

Lex ſine Deo  
catalogus.

C iiiij



*Catech.*  
*V. Re*  
hostia non præstabant, erant enim  
umbra & figuræ ueræ oblationis  
**CHRISTI**, qua peccata omnia  
obliteranda erant & abolenda.

Nouit autem testamēti libris do-  
*Christus de- cemur, CHRISTUS Millū pro-  
ut salvator missum (qui est super omnia Deus  
menu.*  
ueteris testamenti adumbratū sacri  
ficiis ac figuratum, missum tandem  
a patre fuisse eo tempore, quod ap-  
pud se constituerat, eo in quam tem-  
po e quo abundabat omnis iniqui-  
tas. Missum autem et incarnatum, non  
ex bonis cuiuscumque operibus (nam  
omnes erant peccatores) sed ut ue-  
rax, abundantes gratię luę diuitias,  
quas promiserat, exhiberet, & se-  
cundū misericordiam suam saluos  
nos faceret.

la

In nouo  
sime ostendit  
STVS  
di hostia u  
patre conci  
nostra Iau  
stris in lan  
seruitute L  
viebamus  
remur per  
efficeremus  
Vt auto  
imum Dei  
noscamus,  
suum sanctum  
num est fieri  
STVM  
sancto que  
re possum  
le MESS



rant enim  
oblationis  
ta omnia  
plenda.  
libris do  
illū pro-  
nia Deus  
in libris  
oratū sacri  
tandem  
, quod a  
quam tem  
nis iniqui  
uum, non  
us ( nam  
sed ut ue  
ditiias,  
ret, & se  
am saluos

In novo i<sup>gitur</sup> testamēto planis. Agnus.  
sime ostendit, q<sup>ue</sup> IES V S C H R I Hostia.  
S T V S uerus agnus, & uera mun  
di hostia uenit, ut nobis pacem cū  
patre conciliaret ( ipse enim est pax  
nostra ) lauando nos a peccatis no  
stris in sanguine suo: & liberaret a  
seruitute Diaboli ( cui peccādo ser  
uiebamus ) in filiosq<sup>ue</sup> Dei adopta  
remur per ipsum, coheredesc<sup>et</sup> eius  
efficeremur.

Vt autem singulare hoc & max spiritu  
imum Dei beneficium erga nos ag sanctus,  
noscamus, dat nobis Deus spiritu  
suum sanctum, cuius fructus & do  
num est fides in Deum & C H R I  
S T V M eius. Nam sine spiritu  
sancto quo signamur, necq<sup>ue</sup> credes  
te possumus Deum patrem misis  
le M E S S I A M, necq<sup>ue</sup> I E S V M

C      v

Chateau  
V. R.

Charitas.

Iustificatio  
& sanctifi-  
catio.

esse CHRISTVM: nullus enim  
(ingt Paulus) dicere potest, Dominus  
MINVS IESVS, nisi in spiritu  
tu sancto. Idem spiritus testatur spi-  
ritui nostro, quod sumus filii Dei,  
& diffundit in viscera nostra eam  
charitatem, quam describit Paulus  
Corinthijs. Præterea spem, que est  
certa uitæ æternæ expectatio, cu-  
jus idem ipse arrabo est & pignus,  
nobis impartitur & alia spiritualia  
dona, de quibus Paulus ad Galas-  
tas. Per hanc itaque in CHRIST-  
V M fiduciam & fidem, quæ  
per charitatē operat, & se charita-  
tis opib⁹ exerit, ad ea hoīem mo-  
rēs, iustificamur & sanctificamur:  
id est, Deus & Pater Domin⁹ nostri IE-  
SUS Christi (qui et pater noster es-  
tētus est per ipsum fratrem no-  
strum)

stru) m  
bet, sua  
ad gehie  
Ven  
ipse ut r  
purifica  
ius ope  
carnis s  
seruiam  
te omni  
bona op  
ut ambe  
damus  
quæ qu  
habet,  
S V  
in nobis  
Ad e  
alaci a  
a: Est e



I: nullus enim  
potest, Dicitur  
nisi inspiratur  
spiritus testatur spiritu  
suum filium Dei,  
non nostra eam  
tribuit Paulus  
propter eum, quem est  
testatio, cuius  
spiritus & pignus,  
spiritualia  
sunt ad Galatas  
in CHRISTI  
fidem, quae  
se charita  
tioiem mo  
stificamus;  
In nostri lib  
er noster es  
trem non  
stru).

stru) nos pro iustis & sanctis ha  
bet, sua gratia, non imputans nobis  
ad gehennam delicta nostra.

Venit denique CHRISTVS <sup>Bona opera</sup>,  
ipse ut nos per ipsum sanctificati et  
purificati a peccatis, voluntatem e  
ius operibus bonis sectantes, quae  
carnis sunt, abnegemus, ac libere  
seruiamus ei in iustitia & sanctita  
te omnibus diebus nostris, & ut per  
bona opera quae preparauit Deus  
ut ambularemus in illis) nos osten  
damus ad hanc gratiam vocatos:  
quae quidem bona opera, qui non  
habet, testatur se fidem in CHRISTI  
SVM non habere, quale in ille  
in nobis requirit.

Ad eum oportet nos accedere, & <sup>Christus</sup>  
alacri ait ipsum sequi, ut nos doce  
at: Est enim Magister noster, misericordia et  
<sup>magister.</sup>

Catech  
V: R

Pontifex:  
Mediator.  
Aduocatus.

humilis corde. Exemplar nostrū  
a quo discere oportet normam re/  
cte uiuendi. Noster præterea Epi/  
scopus & summus Pontifex, unus  
mediator Dei & hominum, qui  
nunc ad dextram Dei patris sedet,  
nobis aduocatus factus, orans, in/  
terpellansq; pro nobis: qui procul  
dubio impetrabit, quod uel ab ip/  
so, uel ipsius nomine a Patre petie/  
rimus: si modo petentes, ita illum  
facturum esse crediderimus: sic e/  
nim promisit. Ne igit; dibitemus,  
si quādo peccauerimus, cum peni/  
tēria (ad quā nos inīcio statim suæ  
prædictiōis inuitat & incitat) cūq;  
fiducia accedere ad thronū gratiæ  
eius: credentes q; misericordiā cō/  
sequuturi sumus, nā ideo uenit ut  
petōres sua gratia saluos faceret.

Hic

Hic nim  
IES V'S,  
ritu oris su  
in maiesta  
redditurus  
ris prout g  
lum; diciū  
erunt, qui  
na expecta  
Eti patris r  
bis regnū  
lis autem c  
a me male  
qui paratu  
eius. Tun  
num Deo  
Hæc u  
per spiri  
sunt nobis  
scamus in



lar nostrū  
ormam re-  
vere Epis-  
tex, unus  
um, qui  
ris sedet,  
orans, in-  
qui procul  
uel ab ip-  
tre petie-  
ita illum  
nus: sic e-  
bitemus,  
um pœni-  
tati suæ  
titat) eccl<sup>y</sup>  
nū gratiae  
ordiā cō-  
uenit ut  
faceret.

Hic

Hic nimirū est CHRISTVS *Iudicium:*  
IES V'S, qui post interfictum spi-  
ritu oris sui hoīem peccati, sedebit  
in maiestate sua oēs iudicaturus, &  
redditurus unicui propria corpo-  
ris prout gessit, siue bonū siue ma-  
lum: dicturusq; est hs qui à dextris  
erunt, qui in hoc mundo futurabo-  
na expectauerint: Venite benedi-  
cti patris mei, possidete paraū uo-  
bis regnū à constitutione mundi,  
lis autem qui à sinistris: Discedite  
à me maledicti in ignem eternum, *Ignis eter-*  
qui paratus est diabolo & angelis *nus,*  
eius. Tunc uero finis erit, cum reg-  
num Deo & patri tradiderit.

Hæc ut cognoscamus, bonitate  
per spiritum eius sanctum tradita-  
sunt nobis sacra Byblia: ut cognos-  
camus inquam & credamus unum

Catech  
V. Re

solum esse Deum verūm, & quem  
misit IESVM CHRISTVM  
vñqz credentes, uitam habeamus in  
nōmine eius.


Præter hoc fundamen tum ne  
mo aliud potest ponere. Oportet  
Paulus eum anathema esse, qui ali  
am fidem & salutem annuncia  
rit, quam per IESVM CHRISTVM:  
etiam si fuerit angelus  
de cœlo. Quoniam ex ipso & per  
ipsum & in ipso sunt omnia;  
cui cum Patre & Spiritu san  
cto honor & gloria, in  
secula seculorum,  
Amen.

FINIS.



n, & quem  
RISTVM  
abeamus in

enium ne  
e. Opracq  
sse, qui ali  
nnunciaue  
CHRIS  
rit angelus  
ipso & per  
t omnia;  
riu lan  
a, in  
n,












Catechis  
Vv: Regij





x-rite

colorchecker CLASSIC



mm